

EPISTLE: MALACHIAS 3. 1-4

Hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego mitto Angelum meum, et præparábit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum suum Dominátor, quem vos quæritis, et Angelus testaménti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dóminus exercítuum: et quis póterit cogitare diem advéntus ejus, et quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans et quasi herba fullónum: et sedébit conflans et emúndans argéntum et purgábit filios Levi et colábit eos quasi aurum et quasi argéntum: et erunt Dómino offeréntes sacrificia in justítia. Et placébit Dómino sacrificium Juda et Jerúsalem, sicut dies sæculi et sicut anni antiqui: dicit Dóminus omnipotens.

Thus saith the Lord God: Behold I send My Angel, and he shall prepare the way before My face; and presently the Lord, whom you seek, and the Angel of the Testament, whom you desire, shall come to His temple. Behold He cometh, saith the Lord of Hosts; and who shall be able to think of the day of His coming? and who shall stand to see Him? for He is like a refining fire, and like the fuller's herb; and He shall sit refining and cleansing the silver, and He shall purify the sons of Levi, and shall refine them as gold, and as silver, and they shall offer sacrifices to the Lord in justice. And the sacrifice of Juda and of Jerusalem shall please the Lord, as in the days of old, and in the ancient years; saith the Lord almighty.

GRADUAL: PS. 47. 10-11, 9

Suscépmus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ. *℣.* Sicut audívimus, ita et vídimus in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

We have received Thy mercy, O God, in the midst of Thy temple: according to Thy name, O God, so also is Thy praise unto the ends of the earth. *℣.* As we have heard, so have we seen, in the city of our God, and in His holy mountain.

ALLELUIA

Allelúia, allelúia. *℣.* Senex Púerum portábat: Puer autem senem regébat. Allelúia.

Alleluia, alleluia. *℣.* The old man carried the Child: but the Child governed the old man. Alleluia.

TRACT: LUKE 2. 29-32

Nunc dimíttis servum tuum, Dómine, secúndum verbum tuum in pace. *℣.* Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum.

Now Thou dost dismiss Thy servant, O Lord, according to Thy word in peace. *℣.* Because my eyes have seen Thy salvation.

TRACT: LUKE 2. 29-32

*℣.* Quod parásti ante fáciem ómnium populórum. *℣.* Lumen ad revelatióem géntium et glóriam plebis tuæ Israël.

*℣.* Which Thou hast prepared before the face of all peoples. *℣.* Light to the revelation of the Gentiles and the glory of Thy people Israel.

GOSPEL: LUKE 2. 22-32

In illo témpore: Postquam impleti sunt dies purgatiónis Mariæ, secúndum legem Móysi, tulérunt Jesum in Jerúsalem, ut sísterent eum Dómino, sicut scriptum est in lege Dómini: Quia omne masculínium adapériens vulvam sanctum Dómino vocábitur. Et ut darent hóstiam, secúndum quod dictum est in lege Dómini, par túrturum aut duos pullos columbárum. Et ecce homo erat in Jerúsalem cui nomen Símeon, et homo iste justus et timorátus, exspéctans consolatiónem Israël, et Spiritus Sanctus erat in eo. Et respónsum accéperat a Spírítu Sancto, non visúrum se mortem nisi prius vidéret Christum Dómini. Et venit in spírítu in templum. Et cum indúcerent púerum Jesum paréntes ejus, ut fácerent secúndum consuetúdinem legis pro eo: et ipse acépit eum in ulnas suas, et benedíxit Deum, et dixit: Nunc dimíttis servum tuum, Dómine, secúndum verbum tuum in pace: quia vidérunt óculi mei salutáre tuum, quod parásti ante fáciem ómnium populórum: lumen ad revelatióem géntium et glóriam plebis tuæ Israël.

At that time, after the days of Mary's purification, according to the law of Moses, were accomplished, they carried Jesus to Jerusalem, to present Him to the Lord; as it is written in the law of the Lord: Every male opening the womb shall be called holy to the Lord; and to offer a sacrifice, according as it is written in the Law of the Lord, a pair of turtle doves or two young pigeons. And behold there was a man in Jerusalem named Simeon, and this man was just and devout, waiting for the consolation of Israel, and the Holy Ghost was in him: and he had received an answer from the Holy Ghost, that he should not see death, before he had seen the Christ of the Lord. And he came by the Spirit into the temple. And when His parents brought in the Child Jesus, to do for Him according to the custom of the law, he also took Him into his arms, and blessed God, and said: Now Thou dost dismiss Thy servant, O Lord, according to Thy word in peace; because my eyes have seen Thy salvation, which Thou hast prepared before the face of all peoples; a light to the revelation of the Gentiles and the glory of Thy people Israel.

CREDO

CREED